



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta pacis executionis publica, Oder Nürnbergische Friedens-Executions-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, wie und welchergestalt die würckliche Vollziehung des Westphälischen Friedens, sowohl in puncto Exauctorationis Militæ und Evacuationis Locorum, als auch und vornehmlich in dem hochwichtigen puncto Restitutionis ex Capite Amnestiæ & Gravaminum, biß zum völligen Schluß des ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover ; Tübingen, 1737

N.I. Formula des Haupt-Recessus mit Franckreich.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51734)

1650.
Junius.

N. I.

1650.
Junius.

Executions-Recess mit der Krone Frankreich errichtet.

Notum sit universis & singulis, quorum interest, aut quomodolibet interesse potest; Cum ad faciendam plenariam Executionem Pacis Monasterii & Osnabrugis Westphalorum, Anno Domini millesimo sexcentesimo, quadragesimo octavo, die vicesima quarta Octobris, conclusa, omnium in illa comprehensorum Interessatorum Conventus Norinbergæ institutus fuerit; Nos Legatos Plenipotentiarios ad hoc specialiter Deputatos, & Sufficientibus Mandatis instructos, (quæ reciproce rite commutata sunt) a parte quidem Imperatoris, Illustrissimum & Excellentissimum Principem, Dominum Octavium Piccolomini de Arragona, Ducem de Amalfi, Sacri Romani Imperii Comitem, Dominum in Nachot, Equitem Aurei Velleris, Sacræ Cæsareæ Majestatis Consiliarium Arcanum, Cameraarium, Generalem Locum Tenentem, & Guardiam Cæsareæ Capitaneum, Dominum Isaacum Volmarum, & Dominum Joannem a Crane, ejusdem Cæsareæ Majestatis Consiliarios, respective Arcanum & Imperialem Aulicum: A parte vero Regis Christianissimi, Dominum Henricum Groulart de la Court, Dominum Franciscum Cafet de Vautorte, & Dominum Carolum d'Avangour, Consiliarios in Secretioribus Consiliis Sacræ Majestatis Christianissimæ, præsentibus, suffragantibus, & consentientibus Sacri Romani Imperii Electoribus, Principibus ac Statibus, de toto hoc faciendæ Executionis negotio convenisse & transigisse modo & forma sequenti.

Primo omnium Imperator suos Exercitus & copias omnes partim exauctorabit, partim in suis propriis Statibus retinebit, numero, tempore & modo comprehensis in Conventione facta hac de re die quinta Octobris, Anno millesimo Sexcentesimo quadragesimo nono, quæ in hoc Tractatu eundem effectum habebit, ac si de verbo ad verbum huic inserta legeretur Instrumento. Rex vero Christianissimus copias suas, si quæ restant, ut & præsidia ex locis restituendis eodem ordine deducet in proprios Status.

Restituentur Loca, Civitates, Urbes, Oppida, Arces, Castella, fortalitia, belli tempore utrinque occupata & retenta, vel per Armistitii unius, vel alterius Partis, vel quemcunque alium concessa, prioribus & legitimis suis Possessoribus & Dominis secundum formam Instrumenti Pacis, tribus terminis, quorum primus sit dies decima Mensis Julii.

In primo Termino restituentur & impositis Præfidiis liberabuntur
A parte quidem Sacræ Cæsareæ Majestatis, A parte vero Sacræ Christianissimæ Majestatis.

- | | |
|--------------------------------------|--------------------------------|
| Ehrenbreitstein. | Moguntina. |
| Franckenthal. | Deidesheim. |
| Rottwilla. | Magdeburg. |
| Offenburg. | Germersheim. |
| Freiburgum Brisgovia. | Hailbronna. |
| Villinga. | Schorndorff. |
| Zolleren. | Hohentwiel. |
| Rotenburgum in Palatinatu superiori. | Montpelgard. |
| Höxtar. | Horburg. |
| | Reichenwyler. |
| | Neoburgum ad Rhenum: in primo |
| | Termino ejus oppidi munitiones |
| | solo æquabuntur. |
| | Castrum Liechteneck. |
| | Bruntrutum. |

Oppi-

1650.
Junius.Oppidum & Præpositura Sancti Ur-
ficini.
Pfeffinga.1650.
Junius.

Si Franckenthalia dicto tempore non reddatur, aliorum quidem locorum restitutio nullatenus impediatur. Imperator tamen faciet pro ejus restitutione id, ad quod obligatus est, vigore Instrumenti Pacis, & Hailbronna, salva libertate & possessione Immedietatis erga Romanum Imperium, interim servanda tradetur, sicut visum est Ordinibus Imperii, Domino *Carolo Ludovico* Comiti Palatino Rheni, Sacri Romani Imperii Electori.

In primo etiam Termino æquabuntur solo oppidi Benfeldæ munitio-
nes, nec non adjacentis fortalitii Rheinau.

Secundi Termini dies erit vigesima quarta Julii, restituenturque
A parte Imperatoris, A parte Christian.

Dortmund.

Landstuel.

Homburg.

Hammerstein.

Si tria ista loca in secundo termino non reddantur, aliorum quidem restitutio nullatenus impediatur, nec ideo minus facta sincera Executio Pacis a parte Imperatoris videbitur, salva tamen illorum restitutione & Guarantia in Instrumento Pacis conventa.

Spira.

Wormatia.

Lawinga.

Lufenich.

Cruciacum.

Alzey.

Schomburg.

Baccaracum.

Si quinque ista loca non reddantur (eorum Capitaneis & Præfidiis obedire Regis Mandato recusantibus) aliorum quidem locorum restitutio nullatenus impediatur, nec ideo minus facta sincera Executio Pacis a parte Regis Christianissimi videbitur, salva tamen illorum restitutione & Guarantia in Instrumento Pacis conventa.

Dachstein.

Tabernæ Alfatæ.

Castrum Hohenbar.

In secundo etiam Termino horum duorum locorum munitioes solo æquabuntur.

Tertii Termini dies erit septima Augusti, restituenturque

A parte Imperatoris.

A parte Regis Christianissimi.

Syburg.

Beyneburg.

Landskron.

Waldshut.

Lauffenberg.

Seckingen.

Rheinfelden.

Stolhoven.

Castrum Graben.

Hagenau.

Landau.

Feudum Burweiler, ad Domini Comitatus de Trautmansdorff, Præfeti Supremi Prætorio Cæsareæ Majestatis, Hæredes spectans.

Pro restitutione Domini Francisci Lotharingæ Ducis in possessionem Episcopatus Virodunensis, Suarum
Ab-

1650.
Junius.

Abbatiarum, nec non bonorum
suorum patrimonialium, observabi-
tur dispositio Instrumenti Pacis in
§. restituatur in possessionem.

1650.
Junius.

Porro, si quæ loca restitutioni obnoxia in hac Designatione nominatim expressa non sunt, ea nihilominus, ubicunque sita sunt, intra hos tres Terminos restituentur.

Quæcunque a subscripta Pace usque ad hodiernum diem dicta, scripta, facta aut omissa sunt, quæ pro Contraventione accipi possent, ea quidem non approbantur, neque sub hoc exemplo similia Attentata, vel præteritorum continuationes in posterum excusabuntur; attamen pro bono pacis præterita omnia sub generali Amnestia comprehendi placuit.

Hunc Tractatum promittunt Cæsarei & Regii Ordinumque Imperii Legati & Plenipotentarii respective ab Imperatore & Christianissimo Rege, Sacrique Imperii Romani Electoribus, Principibus, ac Statibus ad formam hic mutuo placitam ratihabitu iri, seseque infallibiliter præstituros, ut solemnia ratihabitionum Instrumenta intra spatium sex Septimanarum a die Subscriptionis computandarum, Norimbergæ præsententur, & reciproce riteque commutentur. Interea tamen non expectato adventu eorundem omnia, quæ hic circa Exauktionem & Evacuationem conventa sunt, in præscriptis terminis statim a subscripto hoc Recessu decurrentibus, absque omni mora, bona fide executioni mandabuntur.

In quorum omnium & singulorum fidem, majusque robur, tam Cæsarei quam Regii Legati, nomine vero omnium Electorum, Principum ac Statuum Imperii ad hunc Actum specialiter ab ipso (vigore Conclusi die prima Julii Anni infra mentionati, & ipsa die Subscriptionis sub Sigillo Cancellariæ Moguntinæ Legatis Galliæ extraditi) Deputati, manibus, Sigillisque propriis præfens Instrumentum muniverunt ac firmarunt. Acta sunt hæc Norimbergæ die secunda Mensis Julii Anno Domini millesimo, sexcentesimo, quinquagesimo.

- | | |
|--|-------------------------------------|
| L.S. Octavius Duc d' Amalfi. | L.S. De la Court. |
| L.S. Isaacus Volmar. | L.S. Franciscus Caser de Vautorte. |
| L.S. Joannes Crane. | L.S. Charles d' Acangour. |
| L.S. Sebastianus Wilhelmus Meel, | Dn. Electoris Moguntini Consil. In- |
| | timus. |
| L.S. Job. Georgius Oexel, Seren. Dn. Electoris Bavarix in supremo Re- | |
| | visionis Judicio Consiliarius. |
| L.S. Cornelius Gabelius, Dn. Episc. & Princ. Bambergensis Consiliarius | |
| | Intimus. |
| L.S. Johannes Georgius Oexel. | |
| L.S. Wolfgang Conradus à Thumbsbirn, Dn. Ducis Saxonici Lin. Alten- | |
| | burgensis Consiliarius intimus. |
| L.S. Augustus Carpzovius, D. Dn. Ducis Saxonix Lin. Altenb. Consilia- | |
| | rius & Cancellarius Coburgensis. |
| L.S. Polycarpus Heyland. D. Domini Ducis Brunsvico-Luneburgensis | |
| | Guelfici Consiliarius. |
| L.S. Otto Otto, Consiliarius Brunsvico-Luneburg. | |
| L.S. Valentinus Heider, D. Domini Ducis Würtenbergici Legatus. | |
| L.S. Burckhardus Löffelboltz a Kolberg, Reipubl. Norinbergensis Se- | |
| | ptemvir. |
| L.S. Tobias Oelbafen à Schöllnbach, D. Reipublicæ Norinbergensis Con- | |
| | siliarius. |
| L.S. Zacharias Stenglin, D. Reipublicæ Francofurt. Syndicus. | |

Zweyter Theil.

Ggg

§. XXI.